



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Finis Secvndae Decadis Psalterii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

ratur. Et mittet illis deus operationē erroris. Et Gal. ij. Qui operatus est Petro, operatus est & mihi. Hanc latine efficaciam, seu ut uulgo dicitur, uim executiuam dicemus, ut sit effectus uirtutum prædictarū prodiens in opus. Sic Hezechias. iij. Regum. xix. Venerunt filij ad partum, & uires non habet parturiens. heb. Et uirtus non est ad pariedum. Daniel. viij. Et roborabitur uirtus eius non in hac uirtus ad felicitatem potentis & fortis uiri, ut conficiat quæ tam uiribus quæ animo præsumpsit. Ita enim Paulus operationē erroris Antichristianam prædixit felicem. Et Daniel. viij. de eadem, Prosperabitur & faciet.

Quintum est generale illud, quod hoc psalmo dicitur: Quæ nō potuerunt stabilire. Gen. lv. Non poterat se continere Ioseph. Hoc mihi proprie uidetur respondere nostro latino, quod est facultas uel possibilitas, & græco dynamein, in quo, ius, arbitrium, euentus, cōtingentia includitur, ubi etiam si uirtus sit uel non sit in persona operante, multis tamen alijs impeditur uel iuuatur, quo fiat uel non fiat quod molitur, psal. c. xxvij. Sepe expugnaverunt a iuuentute mea, etenim nō potuerunt. Sunt & alia quæ a petra, ossibus, duritia deriuantur, quæ passim reperiuntur & profirmitate, cōstantia, robore, transferuntur. Sed ea relinquo cum sint ferme allegorica, ut & alius suæ industrix fructum faciat, si uolet.

FINIS SECUNDÆ DECADIS PSALTERII.



FINEM hic facio secundæ decadis, totius Psalterij, & ingenue ac fideliter cōfiteor, me plurima tentasse supra uires, nec habere hanc Apostoli gloriationem, qua ad Romanos scribit: Nō audeo aliquid loqui eorū, quæ non effecit Christus per me. Nam uitæ sanctimoniam nihil consecutus sum, quod tamen scio, quæ fuerit & sit necessarium ne doceam antequam facerem: Eruditione uero parum, cum & ipse discipulus hæctenus fuerim, non solum in linguis, sed & prophetis spiritibus discendis, utrunque enim tractatori scripturarum necessarium est, magis tamen spiritus quam lingua. Vnde & si in lingua hebraica, nō uno loco me uideam errasse, metuo tamē ne pluribus in spiritu errauerim, quam mihi conscius non sim, synceram & catholicam fidem a me uspiam lassam, ut gloriari possim, errores meos esse prorsus sine periculo, cum in lingua ista penuriosissimi & maximi, in spiritu autē & summi & sanctissimi uiri errauerint. Quocirca per communē Christū, eruditiores rogo, mea negligant, tū calceographos aut quosuis inuulgatores librorum, ne ista euulgēt, donec uel ego uel alius errores aliquot crassos emendauerimus. Satis enim hæctenus feci, si occasionem sapientioribus dedisse inuentus, & officio necessitatis functus fuero, laborem enim, quæ insumpsit & fastidium nō iacto, hoc autē didici, Scripturā esse eam, quæ

RATIO

sumus & possimus, illi
na qui potens est, id est,

aliquoties, nec male, dicitur
ente: In potentibus la
namento uirtutis, id est,
uirtutis eius, ad dominum
por in terra, id est, potēs,
coram domino, id est,
cabula, robustus fortis,
bis hebreis componen
o, quem siue Iudas hie
cap. xxxij. Et psal. xij.
oboremus, apertus autē
ta, Segur enim: Qui
in prelio, id est, in ciuiu
nim apud eum est sal
est.

terior caratur gubera
tur potentia seu gub
s, Et psal. xxij. prius
uirtute, Paterfamilias
facie Sarai gebirthi,
birtha tuam id est do
lam uiam. Et. xxxij.
atur in multitudinē
ritudo dei, sed non

idiotus: Diligite
significat animi,
inter uirtutes mo
im difficultatem para
Viriliter agite, &
tare & esto robu
lx. sapius eo uti
Vbi idem uerbi
ceta dominum,
rage, transferat
domini cōtem
fecto corde cre
ei uel uirilis au
pulchro opere
ei sui, rebellare
aduersus timo
er sum pro uis
operationem,
liquitatis ope
ratur.

quæ nullius ingenium, nullius eruditionem, nullius diligētiam, nullus sanctū
moniam, nō in multis partibus fallat & superet, atq; cū omnibus etiā paruulis
sit exposita ad fatietatem usq; magnis tamen semper seposita est ad esuriam.
Vt uerissime & sapientissime dixerit Gregor. Scripturam esse fluuium, in quo
agnus peditat & elephas natat. Nec in ea foedius nec perniciosius errauerunt,
q̄ qui se nihil in ea errasse præsumpserūt, Nec foelicius & salubrius in ea profe-
cerunt, q̄ qui timuerunt se in omnibus errare. Sapiētia enī est, cuius principiū
timor dei, quæ intellectum dat paruulis, & sapiētiam sapiētum reprobat. Qua
re meos errores sic iudicet frater meus quisq; ut sese etiā alicubi errare non du-
bitet, ne forte supbus nuscq; non eret, porrigamus potius summis uiribus mu-
tuas operas in domino, præsertim in scripturis sanctis tractandis, etiā sic erro-
res non euademus, donec in uita hac sumus immunda. Solus hic se gloriatur
nō errare in ulla parte, q̄ sine peccato fuerit in hac uita. Vale Christiane frater,
& gratia Christi sit tecum, AMEN.

ADAM PETRI LECTORI.

LUCUBRATIONVM OMNIVM LVTHERI IN PSAL-
TERIVM FINIS, nam diabolus Rhomanensium ministerio, cū a tam
sanctis laboribus abripuit, sed hoc astu seipsum, ut semper fallit, alia enim per
eum diuinæ bonitati placuit agere, & satis in Psalterium laborum exhaustit,
nam ita aperuit tibi ianuā, & induxit te, ut iam sine padagogo liber in eo pas-
sim uersari, & sine cortice tutus nare possis, ut nō magnopere optandū sit huc
Lutherum, iam alijs, agitante spiritu Christi, occupatum, redire. Oremus mor-
do omnes ut impleatur in eo uoluntas domini, qui ponit terminū flucti-
bus maris, id est impiorum furoribus. Vale, & eme in uno illo omnes
omnium in Psalterium Commentarios. Te, optime lector, non
deterreat ab hoc, q̄ Lutherus alicubi uehementior est, Nihil
est hic uel seditiosum, uel q̄ cuiq; noceat, alias ego non
impressissem, qui Ecclesie tranquillitatem om-
nibus meis bonis redimere, si possem, nō
dubitarem. Ex ædibus meis, men-
se Augusto Anni Vice-
mi primi.